ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 852

Curia Generalizia - Roma

→ Biografie CRS. n. 852

Copia in: VE, Marciana (214.D.204).

Trascrizione di p. Maurizio Brioli crs.
Venezia, Marciana, 15-15 nov. 2010

- pagg. 485-486: "CLXXXIII. Iacobus Vectianus Petro Moro (**p. Pietro Moro crs. ndr**) Congregationis Somaschae Sacerdoti. Romam. S.P.D.

Mihi visus fuissem graviter peccare, et amicitiae, quam cum **Chisellio** tuo nuperrime contraxi, insignem facere iniuriam; nisi eum post duos propemodum menses, ex quo ab Urbe discessi, per literas quod eram pollicitus, salutassem. Eius Lacippiade iterum legi attentius, et magis per otium: mirum quantum rursus placuerit Statiana illa rotunditas, et numerus usquequaque plenus. Laudare volui; quid dico laudare? Indicare volui, de ea quid sentirem; nec tamen exprimere id quod est potui, etsi animo videor probe admodum tenere. Tui qui potes, eloquentiae professor eximie, iuva infantiam meam; et praesens praesenti, vel si nolit ob singularem modestiam, quae summa dici possunt de absolutissimo Poemate, dicito universa, exprome illos tuos ληκύθους, et pinge mihi suis coloribus istum Cupidinem, qui me ignitis verborum iaculis acriter sauciavit: nisi malis appellare caecum Martem, qui eundem me iure belli captum perpetuum habebit mancipium. Re vera, quod monet Horatius, sumpsit materiam suis aequam viribus: nam si paulo inferiorem nacta esset illa carminis maiestas, merito aliquis reprehendere potuisset granditatem nimiam. Tu, et Tasca (**p. Vincenzo Tasca crs.? ndr**) noster, qui lateri adhaeretis, quos patitur hortatores, atque interdum etiam suorum lucubrationim Aristarchos: urgete saepe eum, ut pergat ad reliqua, neque inchoatam solum nobis relinquat istam Venerem. Ultro vestram illi operam offerte, et re vera praestate in excipiendis, scribendis, ac describendis, quos Musae suo dictant Homero, versibus tam cultis. De eius consuetudine vobis tantum invideo, quantum iis invideri solet, qui re aliqua suavissima et iucundissima sine rivali perfruuntur. Itaque conabor per literas irrepere interdum in eruditissimos sermones vestros, ut meum vestri desiderium hac leniam saltem ratione, si, quod opto et spero, non ingratus accessero ad istam paucorum quidem, sed lectorum capitum quasi Academiam. Vestrae id literae indicabunt, quae si me exceptum humaniter ad vestros admissum iri congressus nunciaverint, expectatae hebdomadarias nugas, atque interpellatorem molestissimum. Sed redeo in memoriam mearum occupationum, quae me non sinent illud efficere, quod maxime vellem. Verum de Carrara nostro (**p. Paolo Carrara crs. ndr**) quid iam suspicari debeo? Suis me literis et frequentibus, et longissimis lacessere volebat: nunc autem ne rescribit quidem, bis iam provocatus. Tu hominem pungito, et meo nomine ignaviam, vilitatem, et si quid acerbius est, exprobato: nisi si, quod se propediem facturum esse dixit; literas graecas te Doctore sic amplexatus est, ut latinis vacare non possit. Vale. Ameriae. IX Kal. Iannuarii".

- pagg. 487-488: "Petrus Morus (**p. Pietro Moro crs. ndr**) Congregationis Somaschae Sacerdos Iacobo Vectiano. Ameriam. S.P.D.

Ad longissimas tuas aeque, atque elegantissimas literas, quas ad me ante natalem Christi Σωτῆρος diem, nempe ad IV Kal. Ianuarias ipse dederas, ego nunc et serius, quam debeam, et brevius quam velim, et inelegantius quam tecum, idest cum Viro eruditissimo agi oporteat, respondeo. Tarditatem tibi meam excusabunt occupationes, quae diebus me festis pluries ac maiores,quam profestis tenent, ac premunt. Brevitatem parit ieiunitas, mihi pene in dicendo ac scribendo naturalis. Inelegantem me tua feret humanitas, quod elegantiae tuae par nil possit inveniri. Et quamquam totae fere literae tuae in **Chisellii** nostri Lacippiade laudanda occupatae erant, quod sane iure facis: tamen, quod nonihil mihi affingis laudis, dicerem te a Cupidine isto tuo ita Chisellium redditum, ut excaecatus id quod vere in me est, non videas; nisi perspecta mihi esset animi tui integritas ac synceritas, quae dum id, quod in me non est, laudat; hortatur ad id, quod laudabile est. Quam multa Henrico Chisellio debeatur laus, sentio et ego tecum: qui Chisellium laudet, nisi Vectianus sit; alter, aut idem ipse Chisellius esto. Quod igitur tuis literis adumbrasti, perfice, et illius laudes iusto opere describe. Et quoniam in huius frequentem mentionem incidi,

dole Vectiane, et vehementer dole. Decumbit ille in lecto aeger, et aeger oculis, ut hoc etiam ad caecitatem ne desit. Tuae ipsae literae eum in lecto iacentem offenderunt: ad quas ille statim, ut est omnibus in rebus diligentissimus, rescripsisset, si tumor ille oculorum, qui eum multos dies vix quiescere sivit, permisisset. Nunc tandem surgit e lecto, et desidere paullatim incipit tumor. Quaeso hominem excusa, et, si in rescibendo negligentiam accusas meam, et illius aegritudinem dole. De **Carrara** nostro nihil addam: ipse per literas se tibi purgabit, aut purgavit potius. Vale. Roma. Non. Ianuarii M.DC.XIX".

- pagg. 489-490: "CLXXXIV. Iacobus Vectianus Petro Moro **(p. Pietro Moro crs. ndr)**. Romam. S.P.D.

Bene habet; nam quae mihi vulnus imposuerunt literae tuae, eadem et sanarunt quam citissime. Angebar, nequid dissimulem, earum desiderio sane vehementer, et a meo Moro omnis mihi mora longa videbatur. Sed tanti fuit tacuisse te: nam si **Chisellii** aegritudinem nunciasses, atque oculorum morbum, neque ullam interea attulisses levationis spem; quali me doloris plaga sauciasses! Percussere certe illico animum verba illa tua; Dole, Vectiane, dole: at respiravi, ubi illuc perveni pene exanimatus; nunc tandem surgit e lecto, et desidere paullatim incipit tumor. Hominem quaeso move, ut suae in primis salutis rationem habeat, cetera sibi commode agenda putet. Tu intera eius vices subi; et desiderium vestri meum, quo maceror, tuarum elegantia literarum, suavitate, lepore leni paulisper interdum imo frequenter. Nam quid obtendis tot occupationes diebus festis, ac profestis? An mihi illae ignotae? Sed quantulum tamen id erit, quod facies dispendii, aliquot versus exarare si velis, et mecum etiam ex pagina confabulari? At inelegantius id facio, inquis, quam cum eruditissimo oporteat. Siccine mecum agis Petre? Volo ego animi candorem, non eam cognominis tui ἀσβόλην. *<Et nos, crede, manum ferulae subduximus; ergo / in veterem, niveumque redi mihi, More, colorem*>: Neque te nimia ista tuae vitiet modestia. Quid enim? Tu inelegans! Tu indisertus! Immo vero et elegans et disertus quam qui maxime, nedum ego, qui horridus fluo, et lutulentus, et intercisus. Non credis? Postula **Carraram**, cui usque adeo displiceo, ut me hactenus neque una appellare schedula voluerit, meis et schedulis, et plenis literis iam non semel provocatus. Ne credas homini perfido quid quid blateret. Neque se purgavit, neque se purgabit opinor: nam me, ut censeo, cane peius et angue odisse coepit. At ego hominem egregie ulciscar: amabo vel nolentem, provocabo etiam usque et usque vel prae iracundia insanientem. Sed VIN° scire, quis a me et istum abalienarit? Vulpinulus iste vester, qui me semper, ex quo tempore novit, pro superi quantum odisse professus est! Tu tamen utrumque meo nomine saluta: nam sacris monitis auscultare volo, et mihi male cupientibus (horum utinam similes evadant, qui mihi male volunt omnes) bene velle semper. Vale. Ameriae. Idibus Ianuarii".

852 25-IX-1661

P. MORO PIETRO

alunno del Seminario Patrircale di Venezia. Professò in S. Maria segr. di Milano il 29 maggio 1605.

Nel 1607 lo troviamo maestro della seconda e prefetto degli Schiávoni nel collegio Clementino di Roma. Nel 1608 vi é prefetto e maestro. Nel 1610 fu trasferito in S. Maiolo di Pavia. Nel 1613 é maestro in S. Maria segr. di Milano.

Dal 1616 é maestro nel collegio Clementino di Roma. Dal 1617 vi é vicerettore. L'ultimo impiego che sostenne nel collegio Clementino fu quello di maestro di retorica e confessore.

Nel 1629 fu destinato rettore dell'ospedale dei Mendicanti in Venezia, che i Somaschi avevano accettato di dirigere pochissimi anni prima. Vi fu rettore fino al 1636, quando passò vicerettore nell'orfanotrofio di Brescia.

Nel maggio 1637 fu rimandato ai Mendicanti di Venezia su richiesta di quei Deputati; " ho rimnndato il P.D. Pietro come soggetto di bontà et integrità amato dalla Congregatione " (lettera del P. Gen. Cornalba 20 V 137; ASV.: Ospedali e LL. PP.: Mendicanti)

P. Moro Pietro morì rettore dei Mendicanti di Venezia il 26 sett. 1661.

Opere:

1) Epigramma Petri Mauri veneti ad Ill.um ac Rev.um D. Constantianum de Rubeis episcopum vegliensem de eius Firmamento (é il panegirico composto da Mons. Costantino De Rossi crs. vescovo di Veglia)

2) Lettere a Giacomo Vezziano; in: Iacobi Vettiani regiensis epistolae selectae; Boniniae 1626 (Il Vezzani, della cui vita ed opere parla il Tiraboschi nella sua Biblioteca Modenese, aveva molto conosciuto il P. Moro, e altri Somaschi, per aver egli vestito due volte l'abito dei Somaschi (Atti di S. Biagio 8 VII 1617, pag. 63) che con suo dolore non poté ritenere, causa malattia)

3) Grammatica greca e latina per uso delle nostre scuole. - Quando si cercò di introdurre una maggiore uniformità di indirizzo nella scuole somasche, il P. Gen. Maurizio De Domis diede l'incarico di compilare diversi testi programmatici ad aluni religiosi: al P. Tomaso Mallone un metodo di studi, che sembra non l'abbia potuto

comporre, perché eletto poco dopo vescovo di Belluno; al P. Francesco Ruggieri una retorica; e al P. Pietro Moro una grammatica " così che havessero da lasciare retoriche e grammatiche altrui per seguire nelle nostre scuole quell'indirizzo che era frutto del genio e dello studio dei nostri dotti Padri " (Atti Capp. gen., vol I, pag. 124. Il Definitorio del 1639 notificò che " il P.D. Pietro moro, eseguendo la sua commissione, compose una grammatica greca e latina per uso delle nostre scuole ". L'opera é difficilmente rintracciabile.

P. Moro nel 1637 fu nominato storico della Congregazione. Non ci é rimasto nulla.

Nel 1625 fu eletto Vocale del Capitolo gen.

[illegible]

Fonti:

Cartella personale

Libretto delle Deputazioni

Atti Clementino di Roma

Cartella dei luoghi: Venezia, Mendicanti

Atti Capitoli gen.

Cassetto 28 = [illegible];

Cassetto 34 = [illegible].

[illegible] BRUSAFERRO Girolamo (1712)-